Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Benedicta sit sancta Trinitas: atq; indiuisa unitas, confi-
tebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Psalmus:

Benedicite omnia opera domini domino: Laudate et
superexaltate eum in secula.

Versus:

Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu: lau-
demus et superexaltemus eum in secula.

Item de beata Maria uirg:

Sequē:

Aue præclara maris stella in lucem gentium Maria
diuinitus orta.

Fuge dei porta que non aperta ueritatis lumen: ipsum
solem iusticiæ: indutum carne ducis in orbem.

Virgo decus mundi regina coeli ꝑelecta ut sol. pulchra
lunaris ut fulgur agnosce omnes te diligentes.

Te plenam fide uirgam alme stirpis Jesse nascituram
priores desideraverant patres et prophetæ.

Te lignum uitæ sancto rorante Pneumate, parituram
diuini floris amigdalum signauit Gabriel.